

De la Biblioth<sup>a</sup> E del Coll. m<sup>o</sup> de Cuencas

M O D O  
V S V R A R V M  
L I B E R,

CLAVDIO SALMASIO  
auctore. Gammato



On Pedro  
Metzger

LUGD. BATAVOR.  
Ex Officina Elseviriorum.

1610. c. XXXIX.





P R A E F A T I O  
A D  
L E C T O R E M.

**H**abes hic, Lector, secundum de modo  
Vsurarum librum, post primum de Vsu-  
ris, & quem statim subsequetur ter-  
tius de Vsuris Iustinianis. Adeone mul-  
tis, dices, opus erat libris, ad absolvendam mate-  
riam usurariam? Quis tam restibilem putasset hu-  
jus argumenti facunditatem? Certe pro uno Episto-  
lio quod designaveram, & amico promiseram, tot  
prodiisse, & in eam molem excreuisse volumina, non  
alii magis mirentur, quam ego ipse stupeo. Sic qui  
urceolum instituerat, currente rota dum amphoram  
videt exire, sigulus stupore desigitur. An potius ope-  
ret si fingere dolium destinasset, cœptum laborem  
in scriolam definere? Magis equidem probarem,  
ut artificis voto & proposito ubique eventus ex arte  
responderet. Sed si non possit semper hoc obtineri, ab  
exiguis cœptis grandia emanare malim, quam è  
grandibus orsis parva & exilia opera. Cum è mon-  
te gemitus ingentes inter parturiendum ciente mus  
profiliisset, merito talis irrisus est partus. Si autem



CLAVDII SALMASII  
DE  
MODO VSVRARVM  
LIBER.

CAPUT I.

Modus usurarum, quam varius esse debeat. A magistratu imponi ex circumstantiis locorum & temporum, item rerum qua dantur qualitate, & personarum tam qua accipiunt, quam qua dant conditione. Periculum etiam pecunie credita à creditore suscepit facere ut modus varies. Inde alias usuras expeti in nautico fænore, alias in communi. In illis quoque civitatibus in quibus licebat quantis liberet usuris fœnerari modum aliquem fœnoris fuisse vulgo receptum ex usu fori & commerciorum. Non cundem debere esse modum usurarum in magna rei nummaria difficultate & in summa ejusdem abundantia. Quid princeps aut magistratus sequi debeat ne ad singula temporum momenta novas leges de modo usurarum condere necesse habeat. Satis esse quæ maxima videantur in raritate pecunie maxima convenire, eas pro legitimis statui. Minorum modum quales expetit pecuniariaz rei copia sponte à contrahentibus sumi. Sub imperatoribus Romanis ante Iustinianum centesimam fuisse legitimam, leviores tamen sapius frequentatas per ea tempora usuras prout pecunia copia aut inopia id flagitaret. Ab illo usuris imponendo modo multos usurarum modos &

A

genera

Iocum carceris publici & vinculorum successit ignominia, quæ ex bonorum cessione ingrediat. Hanc ipsam ignominiosam bonorum cessionē sustulit etiam demum Justinianus Constitutione Novella cxxxv, qua sanxit, ne debitores, qui non suo vitio, aut inertia, sed infortunio aliquo decoxissent, cogerentur bonis cedere, sed postquam jurati affirmassent, se nihil in bonis habere, unde solverent, ab omni creditorum molestia liberi ambularent. Titulus Novellæ est ~~τίτλος~~  
 Ε μὴ ἀναγνόγενοι τὰς οὐσίας χρήσουσι. Ubi cinqū-  
 Ctor, ut notum est, de bonorum cessione, quæ & ix-  
 συζητεῖται dicitur in Synopsin Basilicorum.  
 Glossæ veteres: Εγνωκτοὶ οὐσίας, Bonorum cesso.  
 Sed & ita accipienda hæc vox in Novella Constantini apud Harmenopulum lib. I, tit. xv de militantibus:  
 Εἰ δὲ τέρπωσι τὰς ἐξελαστικὰς, οὐταντὸν οὐσίας  
 καταπέμψουσι τάχτας κατατίθεσθε εἰδέξαντες, εἴτε μα-  
 ροκέντειν, εἴτε θύλακειν, οὐδέθωσι τετωτεῖν. Ita legenda hæc sunt, non ut vulgo: οὐταντὸν, οὐταντὸν. Si, cum aliis eos sedibus suis expulerint, aut ipse cessione bonorum usi, sponte discesserint, ab aliis misericordia adductis exce-  
 pti fuerint, advenarum loco, aut mercenariorum, im-  
 pune illis sit. Male vertū t viri doctissimi: *Aut ipsi etiam forte ex statione sua discesserint.* De militibus enim lo-  
 quitur, qui cessionem bonorum fecerint, & sedibus suis relictis, & profugi aliquorum humanitate ac mise-  
 ratione excepti fuerunt, coloporum apud eos vicem,  
 vel mercenariorum obituri ministeria. Atque hæc ha-  
 ñetens. Sequenti volumine Justinianas usurias explicabimus, quarum minimus fuit modus. Simul etiam de-  
 finiemus, quem modum usuris, ac rei fœnebri, in orbe Christiano imponi conveniat, hoc posito quod sine his esse non possit, sicut in priore volumine jam de-  
 monstratum est, & amplius in ultimo confirmabimus.